



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Epitome Instituti Societatis Jesu**

**Sesti, Curtius**

**Bruxellis, 1690**

Sect. I. Aßistentium munus, & qualitates.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](#)

Scriptoribus præsto esse debent in compli-  
candis literis , si opus habeant. <sup>z</sup>

<sup>z R . 3 . 4 . & 15 .</sup>

3. Scriptorum nullæ sunt peculiares  
Regulæ ; non placuit eos contributione  
Provinciarum in Romana Professorum  
Domo sustentari , sed P. Generali com-  
mendatum est , ut aliam iniret viam , citra  
Domus gravamen , illos alendi . \*

<sup>\* C . 4 . D . 12 .</sup>

Amanuenses.

## C A P U T V I .

### De Assistantibus.

#### S E C T I O I .

##### Assistantium munus , & qualitates.

1.  Assistantes instituti sunt. 1. Ut  
erga Præpositum Generalem  
eam providentiam , quam So-  
cetas exercere debet , exer-  
ceant . <sup>a</sup> 2. Ut eundem in Gubernatione  
consilio , diligentia , & labore adjuvent . <sup>b</sup>

2. Debent esse Professi quatuor Voto-  
rum , probi , fideles , Societatis , & boni  
communis amatores ; qui consilio polleant ;  
sint discretionis dono prædicti ; in rebus ge-  
rendis versati ; & ad conversationem cum  
hominibus idonei ; ad conservandam inter-  
se , & cum Superiore pacem , & unionem

Assistantium  
munus.

<sup>a</sup> P . 9 . C . 4 . § . 1 .  
& A . & C . 5 . § .  
2 . & C . 1 . D . 8 .  
& R . A f f . 7 .

<sup>b</sup> P . 8 . C . 1 . G . &  
P . 9 . C . 6 . § . 11 . &  
R . A f f . 7 & C .  
1 . D . 8 0 .

Dotes.

Dd 4

apti :

*e* P. 8. c. 1. G.

& P. 9. c. 5. §.

2. & A. & C.

1. D. 80. & For.

Con. Gen. §.

78. & 80.

*Numerus.*

*d* P. 9. c. 5. §. 2.

3. & C. 1. D. 88.

*e* C. 3. D. 10. &

14.

*f* C. 6. D. 1.

*Natio.*

*g* Form. Con.

Gen. §. 78. &

C. 1. D. 80. &

C. 2. D. 20.

*h* C. 2. D. 4. &

C. 3. D. 4. à. el.

& D. 3.

*i* C. 5. D. 1. &

C. 11. D. 9.

*l* C. 12. D. 5.

apti: & quorum denique opera in iis, que statuenda sunt ad Dei gloriam, Generalis uti possit: sive praesentes verò sint, sive absentes, eligi perinde possunt. *c*

3. Numero quatuor, nec plures, nec pauciores olim eligendi erant, *d* electi, diu sunt, rejecto etiam postulato peculiaris Assistentis pro Galliarum, & Flandriæ Provinciis; *e* donec summa omnium Electorum voluntate, concessus est quintus Assistentis pro Gallia. *f*

4. Quinque igitur eligendi Assistentes in praesenti sunt ex quinque nationibus, in quantum fieri possit; scilicet ex Italia, & Sicilia unus, alter ex Germania, alias ex Gallia, alias ex Hispaniæ Provinciis, alias ex Lusitaniae. *g* Nomen autem nationis non semper eodem modo explicatum est in Congregationibus Generalibus; nam aliquando ut synonymum Assistentis sumptum est; hoc est pro ea Provincia, ex qua quis venisset ad Congregationem; *h* aliquando verò pro ea regione, ex qua quis natus esset: *i* Sed definitum tandem ad eam Assistentiam quemlibet pertinere ( ita ut eligi Assistentis pro ea possit ) ad quam ipsa Provincia, ex qua tunc ipse est, pertinet. *l*

S E C-